

505 citius quod non facto est usus fit quam quod facto est opus.

ME. nimis hic scitust sycophanta, qui quidem meu' sit
pater.

opseruatote, *(ut)* quam blande mulieri palpabitur.

AL. ecastor te experior quanti facias uxorem tuam. 10

Iv. satin habes si seminarum nulla est quam aequa dili-
gam?

510 ME. edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,

ego faxim ted Amphitruonem esse malis quam Iouem.

AL. experiri istuc maellem me quam mi memorarier.

prius abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus. 15

heri uenisti media nocte, nunc abis. hoccin placet?

515 ME. accedam atque hanc appellabo et subparasitabor patri.

numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem
suam

sic ecflictim amare, proinde ut hic te ecflictim deperit.

Iv. carnufex, non ego te noui? ábin e conspectu meo?

quid tibi hanc curatio est rem, uerbero, aut muttitio?

520 quoii ego iam hoc scipione—AL. ah noli. Iv. muttito

modo.

ME. nequier paene expediuit prima parasitatio.

Iv. uerum quod tu dicis, mea uxor, non te mi irasci decet.

clanculum abii: á legione óperam hanc surrupui tibi,

ex me primo *(ut)* prima scires rem ut gessissem publicam. 25

525 ea tibi omnia enarraui. nisi te amarem plurimum,

non facerem. ME. facitne ut dixi? timidam palpo per-
cutit.

Iv. nunc, ne legio persentiscat, clám illuc redeundum est
mihi,

ne me uxorem praeuortisse dicant pree re publica. 30

507 ut quam *scripsi*: quam cod. (*cum cod. Schol. Verg. Aen. 2, 725*):
ut codd. *Donati Adelph. prol. 2*: eum quam *Bothe* mul. palp. cod.:
suppalpatur (palpetur) mul. codd. *Schol. Verg. et Donati* 520
quolego cod. (1 pro j) 523 cf. *Journ. Phil. 26, 292*
ut add. *Fleckisen* 524